

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,  
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

**Fabri, Honoré**

**Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII**

Audiatur & altera pars, seu copia literarum Serenissimi Principis, ac Domini, D. Ernesti Haßiæ Landgravii, ad R. P. Valerianum Magni, Ord. S. Francisci Capucinum, de sic dicta eius Apologia, contra ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](#)

unus scripsit; Valerianum Rheinfelsæ causam religionis male egisse, alter vero, illum sibi nimium arrogare, usque indulgere affectibus; ut Princeps fidem facit pag. 71.

Sed quod tandem tua demonstratio Christianæ in lumine abicit; quia solida non fuit, ut promiseras, sed inanis: solidam pro inani rependo paucis verbis.

Illa Ecclesia vera non est quæ est nova, quæ nullam habet vivam fidem regulam, nullum controversiarum in materia fidei judicem, nullum caput, nullam certam fidem, nulla stabilitas & fidei constantia dogmata, nullam Hierarchiam, nullum iurisdictionis spiritualis titulum, nullum perfectionis Evangelicæ statum, nullum missionis principium.

Hæc major propositio certa est, eaque de fide: sed Ecclesia Lutheranorum est hujusmodi, ut per se patet; quid enim horum negari potest; non primum, quia Lutherus, qui novus est, vestram Ecclesiam fundavit: quan enim amabat fidem ante Lutherum majores vestri proficiebantur: nostram profecto acclicer Catholicam: non secundum, assigna enim regulam illam vivam ei: minimè obnoxiam: an Ministros & Doctores vestros? sed inter se illi non consentiunt, quis porto iis hanc potestatem fecit: non tertium & quartum, quod eodem modo probatur: non quintum & sextum, quia toties mutatis, & quot capita inter vos, tot sensus, etiam in iis, que ad fidem pertinent; non septimum, quis enim supremus Hierarcha vobis est: an Princeps Meckelerburgicus: sed hic haeresis vestram ejuravit, & modò noster est: si vero sancta Rostochii Domina est, illam pro Hierarchia vestra principe habetur, & Papistæ nostri fabulam in veram historiam verteretis: non ostendam, quem enim iurisdictionis titulum, legitimum scilicet & bene fundatum appellare poteritis: non vero nonnum, quia nullus inter vos religionis status, nullus Paupertatis voluntatis & castitatis perperus vius. Non denique decimum, unde enim missionem vestram habebitis? & quis inter vos auctoritate mittendi posset, confistorium nostrum, inquires, sed quis hanc confistorio vestro potestatem fecit: minor igitur certa est, ex qua ex deduco conclusionem.

Ergo Ecclesia Lutheranorum non est vera Ecclesia.

## APPENDIX

ad Primam Partem.

**A**PPENDICIS loco subiecto duas Epistolas Celsissimi Principis Ernesti; Primam quidem prolixorem ad Valerianum scriptam. & jam alias typis mandatam; alteram vero ad Fratrem Fortunatum longe breviorem, & nondum, sicutem quod sciam, in lucem editam. Vraeque ad rem hanc pertinet & calumniarum Iesuitis afflictarum luculentam refutatio est; parum absuit, quin primam Latiniore rem redarem. Sed rem melius ponderata illius simplicitati nihil detrahendum esse duxi; utramque igitur, nulla prorsus mutatione facta, hic subiecto.

AUDIATUR ET ALTERA PARS  
S E V

COPIA LITERARUM  
Serenissimi Principis, ac Domini,

D. ERNESTI  
HASSIAE LANDGRAVII,  
& cetera.

AD R. P.

VALERIANVM MAGNI  
Ord. S. Francisci Capuccinum.  
DE SIC DICTA EIVS APOLOGIA  
contra imaginatas fibi

Imposturas Jesuitarum.

Pacem & veritatem dilige, ait Dominus Omnipotens. Zacharias.

Modesta velira nota sit omnibus hominibus. Proph.

AD M O D U M R E V E R E N D I  
in Christo Pater.

UM absque hoc, scribendo & concordingando adeo defessus sum, ut eo genere etiam cum publicis Religionis vota diversariis (ob id nimis, quod diligenter gressu in de fructus sperandas, & hinc præsertim magis, quam unquam, carnis bus & inquietate replexis temporibus, paucissimi inventarunt, quibus unica sua salus, & agitatio veritatis, vere cordi fit) hinc, & inde super te deam, sic spero, ad minimum te liberum tenerab illa suspiciose, quod in hac sella milia materia, ad scribendum, & quidem contra Religious Catholicos, nullus me certe pruriens impunit, non ignorans, quod alioquin plerumque, tua inter Catholicos, voluntaria scripta, illam à Christo domino tam strictè & injunctam charitatem, respectu minus laderet, quam etiam inimicis Ecclesiæ in superperversitate exultandi & eo magis se inducendi, cursum dare soleant, præcipue quod cum Psalmista Regio psalm. 52. dicere possim: Si inimicus meus multiplicet mihi, sufficiet mihi utique, & si in, qui odit me, magna locutus fuerit, absconditem me forsitan alibi: Tero homo unanimis (Catholico, Religioso, & amicis suis,) Dux meus & notus novus, qui simil meum dolorem capiebas cibos, in domo Dei ambulavimus cum confir. Atamen quia R. T. tam in Commentario, quam in Apologia & literis suis, contra Patr. Societ. Jesuitarum, mei variè mentionem facit, & adeo quidem, inde, si ita esset, nihil aliud colligi posset, quam quod te, i. reprehensibili gratitudine tractassem. 2. quia me à Patribus Societatis Jesu, per natum, ut dico, circumduci & decipi sine tem, illeque me, raro quam suo mancipio, in omnibus pro suo libum uarentur, quod tamen ipsis, si præsumerent, non minus quam mihi, indecorum esset. 3. quasi tibi in meis, immediate ante has ad te datis literis, quippe inindecenter scripsem. 4. quod ad nutrum quæ Patrum Societatis

Societatis Iesu, R.R. PP. Capucinos, qui hic habuimus, ad diuersum hinc, contra omnem aquilonem decentiam coegerim, & sacrum istum & multum charum Ordinem Capucinorum ignoramus tractasse. Jam vero cum haec ejusmodi fuit, ut mea innocentia orerari, bonam notitiam exultationem, tam in vivis, quam post mortem, ita immixti, & oppresa veritate Injulti etiam triumphare, videre non possum, eò magis, quod non in libro aliquo Janenistico contra PP. Societatis in Gallia in lucem edito (qui tamen nihil aliud, quam auctoritate magni Consilii Regii ad ipsos demandari & Parisiis publicè comburi, meritis planis eteallegrum viderim, scilicet, quod R. L. alioam Landgravium ex Domo Hasso-Darmstadtum fidem Catholicam coaverterit, & quod

PP. Societatis, id iniquè ferentes, eade causa librum contrarie vulgarint, quamvis Ego, nec Landgrave ex supradicta Domo Hasso-Darmstadtina sum, ne PP. Jesuite librum, quod sciām, & quod sic qualiter debet, contra te ediderint; Quapropter iudeas, & non aliud finem, nescilicet per meum veritatem & innocentia præjudicaretur, cum episcopis, que contigerunt, optimè testificor, & ibi hanc adhuc scribere proposui: quod secundum etiopio facio, fine cuiusquam mortalis, aut leviter impulsi, ita etiam ego ipse hac in lingua veritatem scripsi, & per unum, qui est in meis sermonibus Hermannum Beernklaev, hominem factorem, & qui paulò majorem me in lingua Latinam habebat, ex Germanico in Latinum transmutauit. Nemo Jesuitarum hoc scriptum, priuilegium quoddam fuit, vidit, nec eorum alius quis ad illud quicquam contribuit: hoc ita verum est, sicut & mihi cum aliis præcedentibus, ubi etiam opera eius mei officiatis, qui adhuc secularis est, dicit: quamvis autem tu, aliquis tui similes, pro more, contrarium sufficiuntur; atramen in veritate coram Deo, aliter se non habet: consuetudo nam est, Deo sis laus, in rebus seriis mentendi: quod Deus ad defensionem sui honoris, & veritatem sua medacis proflus non indigeat. Cetera mea (casu quo in illo solo tu, ne alii, qui nulli judicent tecum sum mentis, mihi fidem habebent) tibi, aliique ad oculum monstrari possunt, & PP. Capucinus, nunc hic prope nos habemus, videndum dabuntur. Sed nec hoc contra confirmationem sufficiens erit remedium, si quidam Samuel Marech, Prædicante Calvinistico Gengenfatu in similibus de me publicè scripsit) hoc, frontile de mea Epistola Colonie ad Calixtum, dices, quod ego quidem illam ipsam, sed non alter, quam per salutarem mihi à Patribus Societatis impostam penitentiam, ita defensum, adeo ut, sicut video, nullum aliud in simulacra medium, quam ut semper aliquis alter seculatur, & scribere eum videat ex tempore, quo anima scribenda sunt. Sed tamen sperarem, si fiat provocatio ad Deum honoremque Divinum, quod interclusi in suspicioni locus esse non deberet, & quidem talis, que mihi (si me alias non novissem) valet quantum gloriam dare posset, quasi scripta mea responsum, à Patribus Societatis compositis transpositis preterea non spero, quod aversio contra te & nique occupaverit, ut credas, si aliquorum istiusmodi composuerit, non multò me agam sic, ab iis facta fuisse: ad minimum Latinum norunt, & de cetero planè certus

sum, quod si tantum Generalis eorum permitteret, & etiam sine ulteriori offensione charitatis fieri posset, quod responsio omnino non esset defutura, & quidem talis, qua tibi nec proficia, nec grata foret.

Scriptum hoc in quatuor partes dividam. In Prima dicetur de conversione mea ad fidem Catholicam, & de colloquio Rheinfensi inter R.T. & Doctorem Petrum Haberkornium, Lutheranum. In secunda, de eo quod inter te & P. Rosendal, Societas Iesu, nunc pia memoria, contigit. In tertia, de Patribus Capucinis, qui hic in Oppido S. Goaritis habitarunt, eorumque abiitu in Anno 1657. siquidem, uti hæc sunt res planè separata, ita etiam de iis separatis dicetur, nec alii immiscubuntur. Quarta continet respondem ad varias, in tua sic dicta Apologia, res mentionatas.

## P A R S P R I M A.

*De mea conversione ad fidem Catholicam & de colloquio Rheinfensi inter P. Valerianum & Doctorem Haberkornium, Lutheranum.*

Quod ego ex Domo Hassiaca (qua de Prostantibus Germaniae ut mundo notum, tam benè merita est) & quidem de Principe Mauricio Hassiaco Landgravio, qui propter zelum pro Religione Calvinistica, terras suas propè omnes amist, sum natus: Quanto cum zeloz in Religione jam dicta semper educatus sum, ita etiam ut in exteris nationibus Predicans mihi semper adjunctus fuerit: Quam zelosè etiam eam ipsam Religionem, ut semper à me tum temporis pro vera habitam, coluerim: quod & aliquibus annis in bello Germanico contra Impetatem & Catholicos, partes Protestantium fecutus, servierim, id non minus tibi, quam ubique ferè in Germania aliis constat. Inestate anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo proficisciabar Viennam, propter notum illum processum, qui ventilabat inter me & Nepotem meum, D. Wilhelmum Landgravium Hasso-Cassellum, in puncto juris primogeniturae, sed planè non ea intentione, ut ibidem Catholicus fierem, quia tum temporis Religionem illam pro verâ adhuc non agnoscerebam, nec unquam (favente Deo) istius mentis fui (quod tamen Acatholici de me æquè ac de aliis, qui se convertunt, somniant, & malitiosè spargunt) ut conscientiam meam ob respectus humanos gravarem: & tantum abest quod propterea Religionem mutaverim, ut si tales respectus æternæ salutis præferre voluissem, potius in ea, quam natum sum Religionem manere, quam ad Catholicam me convertere debuisse. Verum est, quod à puero per singularem gratiam divinam semper paratus fuerim, nunquam veritati agnitione repugnare, sed cor meum pro Deo semper habere apertum: quam gratiam sine dubio Deus ter opt. max. per immisionem Divini luminis in agnoscenda veritate Catholicam, adhuc magis magisque augere voluit: Cum ergo Viennæ, curiositatis ergo, in suburbio ibidem, P. Alphonsum Stalmos ex Ordine Eremitarum Sancti Augustini, controversias fidei non sine magna eloquentia & populi confluxu, concionantem sapius audivissem, tum primò quasi ex somno ignorantiae & præoccupationis meæ excitatus, causam sumpi, rem illam

Nam paulò magis, quam ante feceram, ponde-  
 randi: & cum mihi postea per D. Comitem Maxi-  
 milianum de Gronefeld, Generalem Cæsareum, le-  
 tio celebrissimi illius operis, Replicæ Cardinalis  
 Peronii, ad Jacobum Regem Angliae & doctum  
 sum Cœdinistam, Casabonum Gallicè, & quæ  
 ac motivorum conversionis ad fidem Catholicam  
 D. Marchionis Wilhelmi de Brandenburg, Germa-  
 nicè scriptorum, recommendata esset, me lectione  
 eorum & præcipue primò dicti tractare, quasi  
 planè à Domino Deo illuminatum ad amplecten-  
 dam veritatem Catholicam sensi, ita ut mihi nihil  
 ferè deesse, quam publicam ejus facere professio-  
 nem, & Sanctorum Sacramentorum me reddere  
 participem, quamvis ob certas circunstancias pro-  
 positus hoc meum tum temporis in mente retine-  
 re deberem, nec publicè declarare auderem. Cum  
 jam in hoc statu essem, prima vice R. T. in  
 mensa Ducis Amalfi, aut Generalis Piccolomini vi-  
 di, & novisse coepi, & ut ipse non ignoras, me  
 tum temporis ita constitutum inveneristi: Quæ om-  
 nia propter amorem puræ veritatis, & non illâ  
 intentione dico, quasi me puderet, quod postea  
 in proficiens mea conversione cum ædificatione  
 operâ tuâ usus sum, cùm non raro contingat, quod  
 per hunc & illum hominem viventem, tanquam  
 per instrumentum, unus aut alter convertatur, &  
 tu ad hoc etiam mihi satis capax sis: Hæc ita, &  
 non aliter se habent, & quantum ad me, non sum  
 ejusdem cum istis Theologis & Religiosis, vel alii  
 personis opinionis, qui suam propriam personalem  
 reputationem illis, quæ Deo soli aliisque mediis  
 adscribenda sunt, interdum miscere & intercellare  
 volunt: O quān valde enim vanam gloriam &  
 carnales affectus hoc capi! & Deus raro hinc be-  
 nedicere solet, cùm in similibus aliud, præter  
 ipsum, queritur. Cum R. T. me jam ita consti-  
 turum inventisset (uti aliter non memini), & certè  
 etiam nihil extra veritatem in medium producere  
 intendo) te obculisti, casu quo à te desiderarem,  
 quod Viennâ Rheinfelsam ad me venire, & so-  
 lenem quandam disputationem cum præcipuis a-  
 catholicis Theologis Germaniæ inire, eumque in si-  
 nem Romanam ad Congregationem de propaganda  
 fide scribere & permissionem petere velles. Quid  
 cum Prædicante Calvinistico Nigrino in Polonia  
 aut Prussia efficeris; Quomodo in Philosophia  
 cum tuo vacuo omnia evanaveris: quod ante om-  
 nia me monueris, ne cum Jesuitis (de quibus in-  
 ter alia multa, quibus eos jam tum onerabas, mihi Italice dicebas) certo anno del Heretico, id est,  
 aliquid Hæretici redolent rem haberem, id ad-  
 huc mihi non exedit, & postea nimium satis ex-  
 periti debui, quod tua avertisio contra Jesuitas li-  
 mites non haberet, ita ut etiam tuus ipse frater  
 germanus Comes Franciscus Magni una vice di-  
 xerit, quod dices, te hanc in te non habere liber-  
 tam: & quando finem facerem, tuum in hoc ge-  
 nere mihi non insimum procedere describendi? Jam  
 verò Ego, qui tam temporis apud Catholicos ad-  
 huc, uti postea, ita nondum notus eram, & ab-  
 que hoc, pro majori ædificatione meorum, Ca-  
 tholicorum fratrum, agnatorum patriæ, & sub-  
 ditorum, & ad evitandum omne prorsus concep-  
 tum alicujus præcipitania in mutanda Religio-  
 ne, apud me decreveram, antequam effectivè &  
 ad publicam mutationem accederem, prius utrius-  
 que partis Theologos, non modò super contro-  
 versias audire, sed etiam eorum libros diligenter (uti  
 toto anno 1651. feceram, legere, & cum eorum  
 Theologis conversari & tractare, tuuñ istam, dico  
 oblationem acceperavi & uti aliter non scio, tu etiam  
 propterea Romam ad Congregationem de propaga-  
 da fide, prælicentia & mandato scripsi, & ita de-  
 sum res ex usque pervenit, ut in aestate, anno 1651.  
 te Viennâ venire curarim, & quod tres principes  
 temporis in Imperio Germanico ex Profeßantibus  
 Theologi, nempe Georgius Calixtus, Lutheanus  
 Professor Helmstadii & DD. Duxum Brunsvicensi  
 & Luneburgensis Theologus, Joannes Co-  
 cius Calvinista, Professor Marburgensis, Domini  
 Landgravii Hasso-Cassellani Theologus, & Petrus  
 Haberkornius Lutheranus, Professor Gieledi, &  
 D. Landgravii Hasso-Darmstadii Theologus, Pro-  
 cofurtum ad Monum à me provocati vel invicti fo-  
 erint. Cum verò hi tres, sine dubio ex respectu  
 sese ipsos supervenientis discordia & inde confec-  
 tura confusione (siquidem ambo isti Lutherani Co-  
 luxus & Haberkornius, inter cetera, etiam partici-  
 lariter ratione ubiqutatis corporis Christi, non  
 inter se validè dissidiabant, & tertius Calvinista cui  
 in locum prædictum simul omnes compararentur,  
 sed tantum D. Landgravius Georgius Hasso-  
 Darmstadianus postmodum suum iam dictum illi  
 quitarium Theologum Haberkornium, concur-  
 bus alii his misit. Quid autem hi egerint, illa  
 tera utrimque scriptæ, & acta Rheinfelsam  
 probant. Quo, sed tamen brevi, collegio duci-  
 to, cum ego ita, sine publica fidei Catholica  
 professione & participatione Sanctorum Sacramen-  
 torum, diutius manere nolle, unà cum conge-  
 me Coloniam profectus sum, & ibidem unquam  
 sextâ Januarii, in Festo Trium Regum Anno 1651.  
 moderno Domino Electore Coloniensi celebente  
 primis in Ecclesia Metropolitanâ, solemniter pub-  
 licam professionem fecit. Post haec Ego P. Ba-  
 tholomæ Wernensi Capuccino, primò genera-  
 ter confessus sum, & in festo Purificationis Virginis  
 in Ecclesia P. P. Capucinorum Colonia prima vice  
 ad Sacram Synaxis accessi. De cetero verum  
 est, quo ad meam conjugem, quod ad eam conve-  
 tentam Deus R. T. uti instrumento, ulsus. Deinde  
 Paternitas tua Clivam & inderediens, profecta  
 Heribolim, ac in Aultriam & Ratisbonam recessit.  
 Sed tria, ni fallor, statim à mea conversione obiisse  
 dispuuerunt, & te male habuerunt, & quo tu ex  
 illa jam pridem contra Jesuitas accepta suspicione,  
 illorum artibus, & non mea propria, multum  
 optimè perspecta inclinatione liberae, adseris.  
 quod in hoc vel illo, juxta expectationem tuam, te  
 ita extollere noluerim, uti credebas te benè meritum  
 esse: Sed mihi P. Valeriane, illi, qui me bene no-  
 runt, scium humorem meum in similibus, quod fa-  
 licet pauca verba mea, & multum in re ipsa delite-  
 rem, ne libenter iis rebus, qua honorem Det omni-  
 nino & solum concernentes, ab omni privatâ hono-  
 re & gloria vacua esse deberent, humanam lamen-  
 & vanam, jaetationemq; adiuxta videam, & hoc  
 in iis versatus non sum, ita me illis etiam non im-  
 pendo, & adhuc multò minus pro me desidero.  
 quod ego R. P. Rosendal pro meo Confessio-  
 numperim, & cum PP. Societatis confidente age-  
 rem. 3. quod motiva meæ conversionis non pertinet  
 sed per celebres, & in controversiis bene veritatis  
 duos fratres, Dominos de Walenburg, nunc Mo-  
 guntinum & Colonensem Suffraganeos in scriptis  
 redigi, & in lucem ire fecerum. Sed ab hinc tribus  
 Jesuitas, bona conscientia, absolvere possum, & di-  
 09

colloq; hoc mihi integrum fuit, & nemini per hoc  
providetate volui, ita etiam libera mea in eo volun-  
tatum. PP. Jesuita se nonquam nec per se, nec per  
alium hoc obulerunt, multo minus intruserunt,  
atque minimum verbum effuderunt, sed id totum  
ambo provenit.

## PARS SECUNDA.

Domi-  
ni 1652.  
P. Rosendal, & Societatem, ex eo, quod  
aliquid ministrorum fuerit in libello, alias contra  
authentici scripto.

Platus circa finem anni 1652. pro prima vi-  
ce postquam publicam fidei professionem fecer-  
unt in Hassiam inferiore patriam meam, qua  
viginti & duobus Germanicis, & centum uiginti  
circa Italiam miliaribus hinc distat, inviseru-  
erunt negotios meos; ubi cum multum, licet pro-  
dor, inveni laborem, fratrem meum natu-  
rimum, D. Hermannum Hassiae Landgravium  
(Principem ex cetero virtutibus moralibus ornatis-  
simum) delegatoe fidei Catholice perducere;  
perinde mihi parvum, quandam bellum  
confidit Prædicantis Calvinistici, & Doctoris  
Theologi Sebastiani Kurtii, contra Doctorem  
cuiusdam Catholicum Eliam Schiller, Viennen-  
sensem, iuxta suam præoccupationem, cum ita  
finire, ut ejus refutatio nostris Theologis ne-  
gotiis interficeret posset. Ego mox illam tradebam  
Confiditio meo P. Rosendal (quem cum suo Socio  
D. Manlio Merthim Colonensis, tum temporis Co-  
lonia Rheinfelsum, & inde ulterius in Hassiam me-  
considerarem) & ab ipso brevem, & subitaneam  
iustificata libellum refutationem, ne forte frater  
meus, camalis sue religione addictus, crederet,  
quod illi contra obici posse, vel quod multum  
temporis pro refutando illo requireretur. P. Rosen-  
dal quoque orare & meditari, quam scribere  
dubitauit mallebat, ad meam instantiam, refutatio-  
nem accepit, & dicto libello heretico ex tempore  
quodlibet tractatulum quandam Germanicum, de  
cetero foliis, cuius titulus est: Duodecim Considera-  
tiones super perram, & non super arenam,  
cum duodecim considerationibus in alias  
autem strophas, ita ut in hac ultima parte  
descenderet, quomodo Acatolici Prædicantes,  
& Theologi, per duodecim genera stropharum,  
ludaturum, miseras animas ab agnitione Eccle-  
siae Catholice abfraherent. Jam vero D. Calvinisti-  
cus Theologus inter cetera etiam contra Docto-  
rem Schiller, suo tractatu sive libello hoc inseruit,  
quod felicit P. Valerianus Magnus in collo-  
quio in isto omnino penes nos haberemus, bo-  
nus Rosendal ea inspicere non potuit, utrum  
autem ab adversario fideliter citatus esset:  
Quod ergo Pater in positione undecima strophar-  
um modo assert: Quando aliquis Catholicus auctor  
ratioinandi ex ignorantia, vel inconside-  
racione, aut ex alio defectu aliquid scribit, quod ali-  
quid fuerat id (hereticus) sic præcisè accipiunt,

quasi id non proveniret ab aliquo particulari homine, sed  
universaliter à Catholicis: hac ratione non debuisse exi-  
tar tantus rumor ex eo, quod aliquis existimat, non posse  
ex divinis libris probari primatum Romani Pontificis,  
multo magis pensandum erat, quod SS. Patres Hierony-  
mus, Augustinus, Leo & alii ex iisdem Sacris libris  
olim argumentati sunt, & quomodo idem in verbis  
Christi ad Petrum semper intellexerunt Ecclesiam univer-  
salem, tametsi in illis verbis non expressè suo nomine,  
vel alius circumstantiis non fuerit nominatus hic aut ille  
Successor D. Petri: Nam hoc modò te non invenio  
expressum; tamen scio ego ex sacris libris, quod te  
debeam, velut meum proximum amare. Sine mora  
mittitur hic P. Rosendall libellus ad Typographum  
Coloniæ, ut neque illum adhuc in mea præsencia,  
hinc inde pro adiunctione Acatolicon in Hæssia  
distribuere possem. Quid fit remittitur nobis im-  
pressus per postam, sed mero casu (uti mihi optimè  
constat) quod tamen postea P. Valerianus, ad eum  
magis legitimandam suam suspicionem, pro se sum-  
plicè accidit, quod nomen auctoris & facultas im-  
primendi, à Libraria omissa fuerint, cum tamen  
alioquin sine approbatione impressus non fuerit, ut  
statim postea, nimic in secunda editione, fatis  
apparuit: quam primum ergo lucem aspexit, & forte  
unus aut alter, ad inveniendum aliquid contia Je-  
suitas, eum cum attentione legit, P. Valeriano trans-  
missus fuit: quo facto, mox ingens excitatus est rum-  
or, quasi mundus solum deorsum ire deberet. P.  
Bonaventura Rurhenus, alias ex Oppido Ruden in Westphalia, Capucinus, statim bellum quan-  
dam Germanicum, sub titulo (Zweifl bedencken eines  
lehrjungen in der bavru-Kunst, vber zvneen Meister  
der selbigen Kunst, einen alten Griechen, vnd einen  
jungen Creter: Id est: Duodecim considerationes cu-  
jusdam Tyronis in architectura, in duos ejusdem  
artis Magistros, seu artifices, annosum Gracum u-  
num, & alterum juniores Cretensem) absque per-  
missu Superiorum evulgavit; ob quod etiam in il-  
lum & socium, qui adjuverat eum hinc inde sparge-  
re, auctoritate D. Nuncii Apostolici Colonensis,  
D. Josephi San. Felicio, nunc p.m. Coloniz exemplariter  
animadversum est, & conventum ibidem  
exire jussi sunt. Hic primum hac in re iocipit R. T.  
calamus sumere, & aversioni contra Jesuitas fre-  
num laxare: Tunc dicebatur, quod PP. Jesuita tibi  
invidenter gloriam meam corjugem, aliquos ex  
ministris & domesticis, aliosque à te convertos  
esse: Quod doctrinam tuam pro suspectâ, & te pro  
haeretico & infami tenerent, inquit quod lepidum est,  
tua, aliorumque suspicio eo progressa est, ut totam  
libelli conclusionem, contra Acatolicos directam,  
(ubi juxta S. Augustinum lib. contra Episc. Manich.  
fund. c. 6. dicentem: Superbia mater omnium here-  
ticorum, sic finit: Nos volumus non insolescere su-  
perba disputatione, sed cum humilitate suspirare, &  
Dei misericordiam implorare, ut congreget, quod  
dispersum est,) quali te respicere crederes: cum ta-  
men è contra certus sim, quod bonus ille P. Rosendal,  
ne quidem unquam cogitaris, te hoc passu  
tangere: tum dicebatur, inquam, de meritis machina-  
tionibus & artificiis Jesuitarum, quorum artium ego  
estem instrumentum: tum erat, & adhuc eli in ore,  
in causa male informatorum, quod P. Rosendal ver-  
bum illud, solo, tui gravandi causa studio omiserit,  
& tuum textum fallificari, cum tamen id ob eam  
causam deliberatè non fecerit, sed, ad summum, tan-  
tum culpari posset, quod adversario nimium in alle-  
gatione sua fidisset: Sed mi Valeriane, acta hujus  
tui

ri colloquii Rheinfelsensis demonstrant, quod quidem uno in loco, nimirum pag. 13. usus fueris additione particulae, solo; at primo mi pater, scilicet, pag. 12. circa finem, nomine fociorum tuorum rotunde assertas: *Candidè fatemur, non extare argumentum Catholicum ex sacro texu, quod inferat hanc iheros à nobis postam in prima actione:* Ubi nunc P. Rosendal falsificavit texum tuum, vel suum proprium, sicut ipsum in culpas? & tu quidem omnia super hoc struis: audi autem, mi Valeriane, cum postea P. Rosendal auctas, vel amplificatas considerationes contra Crociūm, (quia ille, & non Sebastianus Kurtzius responderat) pro secunda editione Coloniæ typis mandari curas et, & tunc aliquid in texu, non quidem per P. Rosendal, sed per tunc temporis librorum censem D. Paulum Stravium, Episcopum Joppensem, & Suffraganeum Colonie, cui mitigandi causa, mutatum est, tum P. Rosendal transmissò sibi libello, & visa mutatione quam primum dixit, nunc P. Valerianus mihi crimē falsi imponere voleret, & sic nihil ad pacem serviat: Quia sicut mihi optimè nota sunt, ita etiam desuper solidissime, & supra conscientiam meam (quam alias in casu falsi pro totius mundi bonis non gravarem) testati possum. Clamabas etiam, quod Jesuita librum sub titulo cuiusdam anonymi contra te ediderint, & te pro heretico & stolido, adeoque in te totum Ordinem horrendo traduxerint: & tamen in se nil aliud est, quam quod in genere R.P. Rosendal contra Acatolicos in undecima stropha dixit, ob quod tu ita insultasti, & tantum rumoris excitasti; cum tamen ne vel semel ibidem nominatus fueris, nec ex mille unicus, qui eam legisset, scivisset, te aliquo modo ibi peti, & ad summum P. Rosendal p.m. te tantum alicuius defectus in modo ratiocinandi arguit. Nam quodmodo extorquere potes, ut necessariò id, quod de ignorantia & inconsiderantia dixit, te concernere reputari debet? & demum si te non nominatum, erroris, qui exigoriantia, aut inconsiderantia aliqua provenisset, arguisset, bone Deus! propterea omnis sursum deorsum ire debet: & quid putas, si PP. Dominicani, v.g. Jesuitæ, & alii Religiosi semper ejusmodi, immo prout causa est, majorem vellent excitare rumeorem, Deus! quæ non inde præclaræ sequentur, si quandoque sententia hujus vel illius Doctoris & Theologali modo impetrantur. R.T. adhuc longè non est apud homines in existimatione alicuius Doctoris Angelici S. Thomæ de Aquino, & tamen pro calumnia non exaggeratur, si in hac vel illa sententia non sequaces, sed etiam contradictoreshabent. O Cajerane, Melchior Cane, Ambrosi Catharine, Vasquez & Suarez! si hoc tempore sit necessarium & laudabile, ut si hujus vel illius sententia in libris taxetur, & pro incommodè posita teneatur, statim quis se p̄beat uti P. Valerianus de se fieri vult; quare & non pro vobis ita zelatum est? quare vos soli in hoc estis tam infelices? prius ille P. Rosendal uti mihi, qui ipsum bene novi, & tum temporis ipsi adfui, in primis constat nullum fānē te offendendi animum habuit, sed credit, se adversaria objectioni non aliter, quam hoc modo, respondere potuisse; si autem, te purgandi causa, aliquid in lucem edere, te non poteras continere, nunquid & hoc modestè & eo, quem Christus Dominus præcepit, modo, & non cum tantâ acerbitate tam contra tibi imaginatum Adversarium tuum, quam totum ejus Ordinem, fieri potuisse? ubi quællile, vel Jesuitæ te pro heretico proclamarunt?

ubi te talem persecuti sunt & denuntiarunt? tu vero, cuius cor jam à longo tempore amaritudinibus contra Societatem plenum erat, à te ipso hanc pressam offensam extortisti, praesertim cum te non nominato, & omnibus in terminis generalibus tantum politis bene supersedere, vel ad minimum non cum ejusmodi strepitū, sed potius Christiano, & Religioso modo, te explicare & defendere potuisse. Nam profectò non esset bonum, si non aliter, quam tali genere scribendi alicui responderet, & legū explicare posset. Sed forte dices, ubinon condit, quid mihi ex hoc & illo loco, a tali & tali scripsit? Quia hic aut ille mihi dixerit, & quantum habeam causam etiam quevis detentori de Jesuistis subpicandi. Tu autem, dico ego, non deberes latissimoni generis otiosis, & tibi ad placitum loquendis, vel Jesuitis malevolentibus hominibus credere. Te assicurare possum, quod cum multis, iisque propriebus ex Societate locutus sim, & tamen nunquam audierim, reab iis pro heretico, stolido & infamabili, & publicari: quid autem infirmates & debetis aliqui humani, statim pro hereticis & flagitiis reputandi sunt? Sed quanto quid aliud malum fecerit bonus P. Rosendal, nisi quod illum pro meo Confessio, & Jesuitas ad me vocaverim, & quod hinc non tanto estimarent, quanti ab illis habeantur Novissime genū & naturam P. Rosendallij, utri Religio? Ille ab ejusmodi scriptis & concertationibus inter Religiosos se tal modo abstrahit, ut etiam cum fratre ipsius germanus, Malachias Ordinis Cisterciensis Religiosus, vir doctus, pro ecclesiastice tibi respondere velleret, ipse hoc plane noluerit, cum Gregorio Nazianzeno dicere solitus: *super me tempestas hac orta est, prouincie mea mare, id est, fiat de me, quicquid libuerit, damnatio omnia tendant ad majorem Dei gloriam, & coniunctionem charitatis.* Hic vir in Deo ita religatus erat, ut non solum libenter vitam tam, sed etiam eam, quam in hoc mundo habebat, boni nominis existimationem Deo innocentem immolare, nec minus promptè Superioribus suis obediens, & hoc pro significata divina voluntate tenere, & lese in hoc passu submittere paratas esset. Imò si ipsum anno 1653. Raibona non impedit illam, ipsi remonstrando, quod te sua finita contra ipsum, & Societatem opinionem tantum animo hoc & diuiriorem redderet, & ita ad se opum pacis allegendum nihil faceret; volebar bonus Pater in Conventu tuo accedere, & ventam deprecari, quamvis certè non putaris eo tempore, cum hæc contra Acatolicos scriberet, te inde ad eadē offensimmitte: si desuper tantum videatur apologia ipsius P. Rosendallii, quam data occasione, sub titulo *sæc. 16* amplificata considerationes, pro secunda editione, & refutatione contra Joannem Crociūm Professorem Calvinistam Marburgensem scripta, apparebunt, quantā cum modestia & mansuetudine, non arrogātu tua, qua in scribendo ulus es acerbitate, seipso derit. Adhuc apud me custodiuntur literæ, quod loniā ad me scriptæ, nec minus memini fermos eis, quibus tam sedulò apud me institit, neratque detestandi illius jam mentionati, Colonia contra ipsum P. Rosendallum emanati commissarii depulilli, de anno Graco & Iuniare cretans, (quod etiam aitiam meam calumniosè strinxit) apud illustrissimum D. Nuntium, nec quenam alium, ultera quid urgērem: In quo pasquillo (quem nec turpissim te passio, & affectus tui omnino occupant, prædicare posset) comparatio nigrī capilli P. Rosendallii.

Rosendalli cum habitu Ordinis sui, ubique sonabat, & quinamplures nigrum habitum gestarent, & non quipm P. Rosendal nigros crines haberet: Sed isti placent, ut faxit Deus, quomodo etiam puererat, ut & omnia, quae tantum isti intenderant, auctrae Jesuitas ferire videntur, approbes. Mihi aetate, crede mihi sincere, quod si vellet, ut meam conscientiam provocet, istum P. Caput meum nominare possum, qui in discursu foliis meace, cum prima vice libellus dictus Placenter de Greco & Cretensi hic apparuit, ubi tam meum dignum, qui Vulcano tradidit, non ducunt, quod iudicium mihi postea tanto viro volat, & si dicitus Pater hac leget, non dubiterem recordabitur; ac Deo sit laus, non dubius Capucini sunt euilem tecum humoris de natura profecto si tu P. Rosendallum xquæ ac egredi, qui cum ipso conversari sunt, novisses, longiorum de ipso haberes opinionem: Hic erat vir, qui in mollo seipsum, sed in omnibus Deum nuncipabat: hujus delitiae erant, quatuor & enim pugnare coram venerabilis flexis genibus Deo loqui, sequi cum illo unitum tenere: qui in continuo, & sine intermissione, mente in Deum delectata, ut etiam per hoc sanitati suæ acciperet, quanto sibi quasi acceleraverit: vir ita in corpora sua valde austerus, & paupertatis, & quicquid dependet, magnus amator erat, & licet non solumque talenta, & licentiam habuisse, tamen passus fuisset propriorum famularum remedium, aut pro se à re quamiplex: Vir magni laboris, & zeli infatigabilis prodigante animarum salute: qui ut solummodo in die corporis Christi, anno 1655, plebeculan Catholica in pago Schvvalbencensi sine sacrificio illa, & conione non relinquens, spatio trium dieum in locis quo ego profectus eram ad videndum eum Domini nostri togam, illuc in magna & conspicuaria pedesvit, ita ut mirum fuerit, quoniam nobis potuerit susserre. Nemo melius me impinguè in itineribus ipsi persuadere potuerit, equis, aut lectione interteritur, nisi deinde ad hoc adducetur, ut minimum conveniat gratia mihi in hoc gratificaretur: in itinere, et etiam alias continet orabat: uno die impetu, & quidem aliquando etiam ex tempore cantans est hereticorum conciones, data occasione gratia audiebat, deincepsque nimirum, sed eas de verbo ad verbum, quasi recitatione mortuane pede, non minus solidè quam impetu illimotabile erat, & in illo, sine necesse, erat parsimius: Summum ipsi ordinariam in Indian mitti, & ibi pro Christi memoria suam immolare. O quam liberenter tibi esse omnia, quae in Europa amare posses, reliquias tuas, quam etiam in eo zelus pro glorificatione, nihilominus tam tenerz concien- tiam universum mundum unico peccato non concertere posset, tamen eo medio nequaquam fuisse: pessimè igitur R. T. fecit, & credidit, quod affectibus tuis eò usque ostendimus, ut te etiam tranportent ad cre- scimē cogitandum, quasi bonitus ille Pater ad te duxerit, & hæretici illius & planè infidelli, qui anno 1655, in comitis Ratisbonae sub nomine Iosephi Severi Medii, in Germania in lucem prodit, auctor fuisset, & usq[ue] usfagar quod res est, paternitas tua,

non leviter perstrata fuerit, tamen non solum persona tua, sed etiam Religio Catholica, & ut aliter non scio, P. Jodocus Kedd, Societas JESU, si non magis, tamen ad minimum, quantum memini, non minus, quam tu, acerrime impugnati sunt, & tamen hoc Jesuita, & quidem P. Rosendal hoc fecisse à te insinulatur; tantum autem abest, quod ab alterutro illorum provenerit, ut potius cerrus sim, quod eum refutatus fuisset, nisi Acatholici in Hassia ipsi alibi negotium facilius, & certo certius ipse non erat homo pro committendo criminis falsi, aut scribendo tali libro contumaciam sub nomine hæretici: Adhuc bene recordor, quod eo ipso tempore, cum P. Bonaventura Ruthenus scommata sua contra pium hunc virum evulgavit, & in quibus illum, qui notoriè ipsa erat temperantia, inter ceteras calumnias, etiam vimolentia insimulabat, me saepius uti & alias ad dandum Capucinis eleemosynas, monuerit. Quod R. T. de cetero in mortem ipsius quasi jocet, & dicat: locosus sine joco Roma extinctus est, tibi respondeo, quod tibi & mihi non aliam mortem exoptem, in primis autem, ut memoria tua in tali benedictione sit, in quali ipsius P. Rosendallii apud illos omnes est, qui ipsum neverunt: & quantum etiam tibi adhuc vice superesse tibi imaginaris, attamen hic Joculus nempe mors tandem super te, sicut & super me, & omnes mortales imperium suum exercebit. Hic vir, quantum ad doctrinam dicere poterat, Augustinum legi, & scio quid Augustinus, vel hic aut ille de Sanctis Patribus, illo & illo loco dicant, & quæ sit eorum mens, quippe quicquid in fontibus eorum gustarat: quam fidelis & cautus esset in allegoribus contra Acatholicos: quæ animadon, & quantam in disputando promptitudinem habuerit: Quam adscitibiles omnes ipsius actiones, & tota vita fuerint, hoc ipsum non modò mihi, & toti Aula mea, sed etiam multis ex Acatholicis, eorumque Prædicantibus ipsis satis constat, & quidem una vice in colloquio Cassellano, ubi P. Rosendal cum Calvinistico illo Doctore Joanne Croco quatuor diebus disputabat, à quodam non minus zeloso Calvinista, quam profecto glorie insigni Societas JESU, (cui ante omnes alios Ordines Religiosos hæretici maximè inferni sunt,) illa vice audire debui, mihi dicente: Hic vir, quem restra Celsitudo nunc secum adduxit, longè alius est, quam ille & ille, quem illo loco apud suam Celsitudinem vidi. Scito, mi Valeriane, quod in rebus tuis non mentior, neque nunc faciam: Ut autem tibi occasio non defit, parum te reflectendi, tibi hæc dico, & possem quidem in similibus quid ulterius cum veritate dicere, sed vereor, ne literæ ultimis prolixæ, & patientia tua in auscultando nimis exigua, forent. Vir erat, qui licet scientiam Doctoris Angelici, Pietatem vero, & doctrinam, & res præclaræ gestas trium sanctorum Franciscorū, Seraphici, de Paula, & Xaverii habuisset, & omnibus hominibus inimico, & orbe hæc nota fuisset; nihil horum tamen unquam de se ipso sensisset, multò adhuc minus, sicut tu te statim in principio tuae Apologia nimis prostruisti, quicquam in lucem edidisset, se jactando, quod à doctrina, pietate, & rebus præclaræ gestis urbi & orbi se notum credidisset. Intolerabile mihi quandoq[ue] fuit auditu, te cum ordinaria illa majestate tua dicendi afferente: Ego meam auctoritatem, Bellarmini auctoritati contrapozi, quasi tu ipse te cum Bellarmino comparandum arbitraberis, cujus tamen opera mundo magis, quam tua, nota manebunt: fateor, me sinceratam te ab illo dehortandi, tuæ, quæ poterat immi-

nere offensioni postposuisse; per tales tuos sermones sècè etiam Acatholicos tibi parum conciliasti, & quem desuper contra te Acatholici Giesenses, sub titulo, *Mines Bellarmini*, in lucem emiserint librum, non ignoras. Mihi um autem est, quod tibi hic etiam, quasi à Jesuita scriptus, non videatur esse suspectus, cum pari certe apparentia, qua erat cum loco *Serovo Medico*.

## P A R S T E R T I A.

De Residentia, seu Hospitio RR. PP. Capucinorum  
in Oppido S. Goaris, & eorum abitu in  
Anno 1657.

**P**unctus hinc planè separata tractatione indigeret, nec debet ad nutum R. T. alii immisceri, cùm nihil commune, aut nullam tecum habeat connectionem, nec PP. Capucini propter te hinc discedere debuerint, scit etiam tua causa particularis non est causa universalis totius sacri Ordinis Capucinorum, quamvis libenter talem ex ea facere velles.

Ut autem illi, qui in hisce partibus minus noti sunt, senon confundant; sciant pro circumstantia, quod arx, quæ in monte sita est, & in qua ego habito Rheinfelsa, & Oppidum in pede istius montis ad fluvium Rheni distans, S. Goar appellatur.

*Sciendum ergo est,*

Primum, quod licet anno 1651, in autumno, P. Valeriano hic præsente, ante publicam fidei declaracionem, accid. ille potuerit, quod mentio fortè facta sit, & aliqui sibi non aliam spem fecerint, quam quod nunc in posterum opera PP. Capucinorum hic usurus, iisdemque conventum edificatus essem. Ego autem tum temporis, neque me ad id resolvere, nec propter diversas circumstantias, (scilicet ob durantem adhuc processum cum Domo Cassellana) id facere non poteram; tamen verum est, quod tum temporis Patribus Capucinis nulla adhuc solida declaratio, uti memini, desuper à me data sit, quia in similibus pro majori utriusque partis securitate, semper sub manu & sigillo resolutionem meam libentissimè date soleo.

Secundum: cum anno 1652. Coloniae, quæ duobus diebus hinc distat, publice, ut dictum est, me Catholicum professus essem, & mihi placere, (uti & unicuique licet) opera PP. Societatis in posterum uti, non solum per Serenissimum Principem Palatinum, Dux Neoburgensem, apud Societatem P. Rofendallium, qui tunc in templo Archiepiscopali Coloniae concionator erat, pro meo Confessorio & concionatore petivi, sed etiam.

Tertius: apud Eminentissimos Archiepiscopos & Electores Moguntinum & Trevirensim, uti hujus mei districtus ordinarios, pro facultate per PP. Societatis administrandi Parochias, nimurum hic in S. Goar, Nastetten & Schyvalbach, tanquam praepuis locis hujus inferioris comitatús Catzenelenbogeni insiti, & sub dato Treviris 19. Martii 1652. in amplissima forma obtinui, uti monstrari adhuc possem. Ob certas autem circumstantias hic in Germania, rationes suas habet, quare non statim in principio Sacerdotes sacerulares in hunc finem adhibere potuerim.

Quartus: & quidem in his omnibus PP. Jesuitæ, ne quidem verbum per se, aut per alios, uti cum Deo testari, & veritati patrocinando dicere possum,

impenderunt, sed ego solus nudè ex me sed fels, & præsentia Coloniae, eodem anno 1652. Festis Paschalibus, per P. Stirin. Societatis Jesu hic primum possessionem quo ad Parochialia prehendi, statimque post Pascha R. P. Rofendall cum socio suo, ut dictum el, mecum huc venit, ita in veritate dici potest, quod post meam pcam conversionem PP. Societatis ante PP. Capucinos hic fuerint.

Sextus: post Pascha anno 1652, & post redditum meum huc, PP. Capucini se hic apud me intromisunt, & in Oppido S. Goaris hospitium, inde peteginos suos infra Confluentiam & Bingam, uno die Confluenta Bingam commode stet posse, excipiendi, etiam mea conjugi in andrea confessione, & mihi in aliis ministeriis Ecclesiasticis serviendi, petterunt.

Septimus: super quibus, & antequam huc revertent, mentem meam, & qua conditione ipsi convenire, & hibitatibz permitterem, in scriptis & in diplomatis, quod etiam sine contradictione acceperunt, ipsis dedi, & illi deinde, scilicet duo Patres & rotundum Laicu huc venerunt.

Octavus: in dicto diplomate, quod modice potest, exprefsi continui, quod illis ad seruum, Hospitium in Oppido habere permittam, datus in meis NB. ditionibus certum quendam locum, ubi vellem, pro Conventu assig Naturus esse.

Nondum temporis contra domum Hasso-Cassellanam, cassationem noviter introduxit primogenituræ, nec minus tam in Ecclesiasticis quam lectoribus, ad modernum modum Protestantum in iherustro nostro Germanico, plenam & summariam iudictionem, & superioritatem, & sic eo ipso facultatem illimitatam Catholicam Religionem invocandi, prætendebam.

Dicimus: cum autem propter injuriam temporum, & per interpositionem Sacrae Cæzaræ Magistris, & Eminentissimi Electoris Moguntini, anno 1653. in comitis Ratisbonensis, cum mercato Domo Hasso-Cassellana-ita postea transi, ut ego non solum in multis cedere, non tantum limitata Catholicæ Religionis exercitio me contaret, sed etiam inter carcer paci si deberem, utramcum unam Capellam pro D. Religionis Catholicæ exercitio in exiguo satis Oppido S. Goaris, con expressa conditione, nullum Conventum, Seminarium, aut Collegiatam Ecclesiam adificandi, habere mihi liceter.

Undecimus: PP. Capucinos amicabiliter regredi, quod cum ipsis jam pro meo desiderio cum Conventu accommodare, aut providerere non possem, me etiam intentio nunquam fusset, illos sapienter habendis: nec minus rem ita constitutam videtur, ut ad longum subsistere non posset, quod duo, & quidem tales Ordines, scilicet Capucinum, & fratrum Missiones vel Residentie, unum cum passu regerent, & administrarent, & ex quo numerum Catholicorum ambo pascerent, quoniamlibi in Christianitate fieret, aut tali modo videatur, præfertim cum utriusque non satis occupat, consequenter cum decoro simul hic esse non possit, ex eo quod vix alterutra ex Missionibus se fatus occipat credat: Ego etiam in timore etsim, quod licet in jam dicta conventione cum Domo Cassellano cautum sit, ut mihi sine differencia Ordinum licet fieri administrationem trium Parochiarum per quem vellem, tamen ad longum, Domus Cæsaræ.

videlicet Ordinis residentias simul, & in uno loco  
convenientia, & disputatura esset. Accedit, quod opera  
PP. Capucinorum in cunctis, & in consideratione alia-  
rum minoriarum circumstantiarum, commodius uti-  
poli, & attamen quod ratione hic transiuntum  
PP. Capucinorum hospitiis hic congrue ordinare,  
vel in vicinia, in territorio Trevirensi ad pro-  
curam residentiam, aut simile hospitium libenter  
convenienter vellet, inquam, rebus sic stantibus  
ego etiam totis signibus, & quidem funda-  
mentis pretendentibus renuntiare debuerim) nunc  
tempore levire, & me ex istis difficultatibus eripere  
quodlibet in primis cum.  
Duximus R. P. Willibordus, tum temporis  
Superiori caput seu Residentia Capucinorum ipse-  
men mandixit, quod illorum P. Generalis, qui in  
merito, cum Ratisbonae esse, hac transi-  
tum ultra sit, & ipsi Patri dixerit, non videre,  
qui angustie fieri posset, ut tali modo, & in talilo-  
co, tum duo Patres, & duo Laici Capu-  
cini, & Ecclesia & Conventu, diutius soli habitatere  
possem.

Deinde. Sed R. P. Provincialis, nec ullus  
eum in hoc contente voluit, & potius Romæ  
cum Congregatione de propaganda fide, & apud  
Centrum Majestatem, necnon diversos Principes  
Belgiorum & PP. Societatis, quasi illius ro-  
tam non possent, & me ad procurandum eorum  
dilectione impellerent, conqueri sunt, necullo mo-  
tivitate voluerunt, lequentibus, ut memini, ar-  
gentis, que partim orerentur, partim in scriptis  
propter ministris.

i. Cum P. Valerianus ex ipsorum Ordine ante  
Iohannem fuerit, sic esse primos. Resp. ad hoc in  
questionem respondimus est.

a. Quidam Eminentissimo Archiepiscopo, &  
Ecclesie Trevirensi tanquam Ordinario locifacul-  
tum fructus, & Rome à Congregatione de  
propaganda fide, consensum obtinuerint. Resp. pro-  
prietate quoque pro PP. Capucinis institi, &  
debet credere nolit, montrentur literæ, qui  
in uno aut altero loco, facultatem Parochias ad-  
ministrandi pro PP. Capucinis petierim, racheo, quod  
archiepiscopus Trevirensis, nec Congregatio  
eius, & sufficienter informati fuerint, sed in utro-  
que consensus meus, quem PP. Capucini in-  
sipientiae pro se lumperunt, ad narrata illorum  
affectionis fuit.

b. Quid Hasso-Cassellani erga ipsos expressè se  
declarare, quod non desiderarent eorum abitum,  
et quam Jesuitas, retinere hic malent. Resp. cre-  
dimus, Cassellanus hoc dixisse, qui, utrū alii omnes  
Jesuiti, in primis male volunt, sed ad  
declarationem, & affectuationem aliquia in scri-  
ptis illis tenoris, quod bene contenti essent, ut ut-  
ique Ordinis missiones sive Residentiae hic ma-  
nuscriptus fuerint. Ego autem è contra literas habeo à nepote  
meo, Wilhelmo Landgravio, in quibus quod PP.  
Capucinum hospitio suo tantum de assibus aliquas  
ad se fecerint, & hoc alicui Conventu contra fi-  
ctum sibi videtur, valde tanquam su-  
periorum concurvantur conqueritur.

c. Quid ipsi, scilicet PP. Capucini ad conver-  
sionem Acatholicos & quæ idonei ac Jesuitæ essent,  
et dominibus in communione, tam Acatholicis,  
tam Catholicis chariores quam Jesuitæ essent: au-  
tem ipsorum prædicaret pro eis, dummodo so-  
lo plateras incederent: quod sustentatio sua  
quam Jesuitarum constaret, & quod hospi-

talitatibus etiam vacarent. Resp. his omnibus nec con-  
tradicco, nec concertare volo, sed interim spero, cum  
imperatio exercitiij Catholici pro hisce ditionibus  
meis mihi tanti confundit, quod ad minimum nemo  
mihi satisfactionem istam, PP. Societatis, ut etiam  
bonis Religiosis, utendi, in videbit.

5. Quod cryptam, tum temporis facillum S. Go-  
aris, in Oppido tanto jam tempore foli defervissent,  
& ego ipse anno 1652. in die S. Goaris P. Serapioni  
Capuccino clavem inde tradidisse, etiam diu foli in  
Oppido S. Goaris habitassent, PP. Jesuitis in arce  
commorantibus. Resp. mens mea nunquam fuit, ut  
si pro mea commoditate & placito contingere,  
PP. Jesuitas non amplius apud me in arce, sed Oppido  
habitare, quod per hoc PP. Capucinis, id,  
quod taliter, ut video, prætendunt, concesserim;  
nam istum modum agendi ego non capio, & mihi  
semper integrum fuit, PP. Jesuitis vel hic in arce a-  
pud me, vel in Oppido S. Goaris habitationem  
concedere, & administrationem facilli committe-  
re, cui mihi liberet.

6. Esset ipsis ignominiosum, & daret occasio-  
nem credendi, quaf si minus bene gesissent, adeo  
ut causa P. Valeriani, negotio isti immisceri velle  
videretur. Resp. hoc à mea parte de illis nunquam  
existimatum est, sed semper illos habui, & tenui pro  
Religiosis bonis, & pīs, & hominibus mihi inpri-  
mis charis: nec causa P. Valeriani cum hac con-  
exionem haberet, nec ipsi propter illum luere de-  
berent.

7. Quod domus, quam ego conductionis mo-  
do illis concesserim, ab aliquo ipsis certa condicio-  
ne cessa esset, & quod per aliquem Apostolicum  
Notarium Moguntinum, eatenus jam possessio pro  
ipsis apprehensa esset. Resp. hujus hominis non erat  
nisi minima pars istius domus, & præter hæc, uti no-  
torium, erat insignis impostor, siquidem brevi post  
ob horrendum scelus Moguntiae rotæ impositus fuit:  
Ego autem è contra cum veris domus proprietariis  
jam contraxeram, & partem pretiū solveram, adeo  
ut boni Patres per prætentam istam cessionem non  
mediocriter deceperint. Accedit, quod dius  
actus possessionis clam & me tanquam Principe &  
Domino ordinario loci inscio, & contra expressa  
contenta diplomatis, vigore cuius hic recepti  
fuerant, fuerit exercitus.

8. Post PP. Capucinorum discessum non desue-  
runt, qui sparserint, quod conversio Acatholicorum  
cum illorum discessu quasi cessaverit. Resp. causa  
istius non est abitus PP. Capucinorum, nec paucitas  
Religiosorum, sed translatio Ratisbonensis, vigore  
eius D. Landgravius Hasso-Cassellanus, à Pro-  
testantibus Germania jampridem usurpatum jus Epis-  
copale, & Religionis sibi reservavit; idque præ-  
cipue hoc carnali seculo, ubi homines exiguum  
sua salutis reflexionem habent, vel curam ad-  
hibent.

Decimoquarto: diversis & plurimis hac super re  
hinc inde actis, & etiam scriptis literis, quæ tam  
in meo, quam in Archivo Provinciali PP. Capuci-  
norum adhuc erunt, & sine quartâ lectione vanum ac  
temerarium fore, hisce velle contradicere, eo quod  
quandoque etiam ortenus hinc inde quædam su-  
per hoc negotio prolatæ fuerint, cum jam ab omni  
PP. Capucinis nihil quam disgratis reportaretur,  
nec ego quicquam negotii præterea cum iis, tan-  
quam cum viris Religiosis (quos, si per supradictas  
difficultates solūmodo licuisset, libenter apud me  
retinere, quam dimittere voluissim) hanc re habere  
vellem,

vellem, siquidem nec ego, nec PP. Societatis nos Roma coram Congregatione contra dictos Patres parrem constitutimus, neque unquam adhuc ab eadem Congregatione defuper audiit sumus; cum res jam eò pervenisset, ut PP. Capucini ad interpositionem D. Nuntii Apostolici, se quidam ad discessum obtulissent, attamen non libenter, sed coacte quasi & cum disagio id facere præ se ferrent, & P. Rosendal p.m. ipse me rogaret, ut iplis optimis Religiosis gratificarer. Ego etiam quantum fieri poterat, ut bonis istis PP. Capucinis nihil duri & adversi fieri voluisse, tertia Martii anno 1655, cum R.P. Melchiorre Capucino, à suis deputato, ad interim ea conditione conveni, ut iplis adhuc aliquo tempore, certo modo & conditione in Oppido manere licet, quæ conventio, sicuti à P. Provinciale, & Definitoribus ex parte PP. Capucinorum, & à me ratificata & subscripta fuit, ita etiam a me illi in nullo contraventum fuit.

Decimo quinto: tantum autem abest, quod PP. Societatis apud me institerint, ut patres Capucini cederent, ut etiam Generalis illorum P. Gofvinius Nickel per literas, quas adhuc habeo, me expresse requisiuerit, ut Patres suos dimitterem ad cedendum PP. Capucinis, cui si consentire voluisse, ipsum in verbis suis tenere potuisse. Etiam in veritate dicere possum, quod Pater Rosendal me sapienter rogaret, ut cum PP. Capucinis me contentarem, & PP. Societatis iterum ad Collegium dimittetem, & ad hoc facilitandum, non solum se in eventum, & casu quo in itinere vel alias illorum opera utilem, (quod, ut dicebat, ex Confluentino Collegio hic in vicinia commode fieri posset) se semper fore paratissimum, obtulit; sed etiam rationes suas, quare non putaret expedite, ut pro meo placito Residentiam ac Missionem ex Societate hic habetem, Superioribus suis in scriptis exhibuit. Aliud nunc est dicere, non convenit, ut in illo loco & rebus sic stantibus Capucini & Jesuitæ simul habitent (quæ res apud omnes prudentes, & in hisce partibus notos ipsa loquitur,) & aliud est, ergo PP. Capucini Jesuitæ debent cedere; & cum PP. Societatis se obrulerint ad cedendum Capucinis, certè illos non expulerunt; neque ex eo, quod P. Rosendal p.m. putaveit, aut dixerit, quod commode hic simul habitare non possent, hoc concludi debet, quia pari passu se etiam offerebant, ut ille Genes. cap. 13, vers. 7. 8. & 9. fratri suo, si hic à dextra, ille à sinistra ire veller, dummodi charitas conservetur. Sed hic videor audire quandam mihi dicentem, quod hoc ipsum secretum illud, & à me non notatum, Jesuitarum artificium fuerit, ad annovendum Capucinos hoc medio. Quid autem PP. Societatis magis facere potuissent, quān se ad cedendum offerre? quid putas, anne me planè diffidente abire debuissent? calunnia, quæ semper aliquid invenit, ob id non emanisset, scilicet quod quidem hoc in loco cessisset, minimè autem in alio & commodiore: & quis unquam omnibus æquis fuit?

Decimo sexto: Profectus autem anno 1655 Rosam propter alia negotia, & minimè certe ea intentione, quasi conventionem cum PP. Capucini non ita pridem initam (uti falsissime sparsum fuit) iplis incis, sine causa retractari petere vellem, & dum ad pedes moderni Pontificis ventiens, Sua Sanctitas de variis rebus mecum loqui, & inter alia etiam querere dignaretur, an Capucini adhuc hic essent? & cum ego simpliciter responderem, quod ita, Sua Sanctitas forte ex scientia eorum, quæ contige-

rant, statim adject: non judicamus expedire, illi ibi esse, mandabimus Provinciali P. Benedicto Ledio, cùm ad capitulum Pentecostes venerit, ut in ad Conventus suos avocet, cumque sua Sanctitas, quando ad alia pergeret, non oportuit me ejulder in rementi contradicere.

Decimo septimo: Cum postea Anno 1656, à recte memini, R. Pater Benedictus Leodius Provincialis Româ rediret, multum temporis adhuc effluit, antequam quicquam hac de re coram me insinueret, & avocationem suorum exequitur, sed potius postea diversis ad mescriptis literis, minus contentum significans, non dubie insinuans, quasi jam dictam suorum avocationem apud fundum Pontificem sollicitatem, & suis Patribus iuris fieri; at ego ipsi non solum in scriptis, sed & orientius Colonias in conventu, coram suis Declaribus, rem ita se non habere, remonstravi, ipsique etiam demum, cum non exiguum medium ubique exurgere videbatur, obtuli, quandoquidem ex hoc vel illo impedimento, jam ultra sex menses executionem mandati Pontifici distulisse, mihi in instanti gratificatur, & Patres adhuc sex septimanis hanc manere permitteret, quod interea, ad demonstrationem, quod suspicere procuratio abitus, necne, nec à P.P. Societatis proveniret, ad suam honestatem scribere velle; quod si illi solummodo placebat, ego bene contentus essem, ut si absolute esse desiderarent, in nomine Domini, quantum ad me attineret, manent; sed noluit, ipsique anno 1657, avocavit.

Decimo octavo, aliquo tempore post, RR. PP. Capucini, quadrantis hora patro, ab hinc e regione in oppidulo W. Elmenich, territorio I. revivens, quod ab hinc videri potest, Residentiam & hospitium acceptarunt, ubi eadem, quam hic speraverant, gaudent commoditate, & si solummodo tum tempore talem locum & commoditatem acceptare volunt, ipsi jam dudum isti in modi procurare laborant. Sicut etiam, absit gloria verbis, non omnius quod etiam tam ibidem, quam alias ubique propole, nefacere, eorum opera & conversione arti, ita itineribus & absentia mei confessari ordinari possit non minus libenter, quam aliis, confitenti.

Decimo Nono: Hæc omnia nulla ratione converunt ob id, quod inter P. Valerianum & P. Rosendal accidit, multo minus ex aliqua disfiliatione aut contemptu sacri Ordinis Capucinorum: Deus qui omnia fecit, & me æque novit, qui tandem me uti & homines omnes judicabit, novit etiam, quia unicè in visceribus meis hoc faciem inimicorum amem, & quam libenter sim apud hos Patres, in qua benefaciā, & quomodo hunc facrum Ordinem pro magno ornamento Ecclesia Dei habeam. Verum est, quod amem & honorem PP. Societatis, sed tamen eo non obstante nec odi, nec contemnam PP. Capucinos. NB. totum secretum negotiū, & ingenue fatear, & cum libertate dicam, hoc est, quod cùm hic commode non ultra tres vel quatuor Religiosi haberi & accommodari possint, mihi, quipissimè in Hassiam & aliò proficiisci debeo, semper magis congruere visum fuerit, unam hic habere residentiam PP. Societ. ut quā ante alios & possit quam P.P. Capucini soli in rheda & equis proficiisci possint, & quorum tres hic commodius, quam P.P. Capucini, qui sine formalī conventu & choro (cuius tamen habendi spes omnis nunc per transaktionem Ratisbonensem praecisa est) hic in Re-

dente

debet habere, & mihi in uno & alio ad manus effigie. Si ergo hoc in passu error commisus fuerit, utrūque committitur, latet in hoc conceptu, quoniam nemini praeditum, & certe aliquo modum esse id mithi invidere.

1636. ius Pro-  
ius adhuc  
queretur,  
is, summa  
tibus, sed la-  
Definimur  
ipso in  
nus, ex  
exemptio  
non univer-  
itas has  
omnibus  
ne me, &  
suffici-  
tibus, sed  
la-  
tum ad  
per anno  
R.R. PP.  
regis  
ili, quod  
rum as-  
t, ga-  
tempor-  
suum, quod  
suum, quod  
offe, be-  
t, illa-  
re, & in-  
e, & con-  
P. Re-  
ficien-  
n; De-  
dem me,  
n, quan-  
s, siq-  
Ordine  
am. Ve-  
cias, &  
temna-  
t, quod  
or Re-  
gale  
fuerit  
habere  
& possi-  
m P. P.  
& chro-  
transla-  
in Rela-  
denta

niā patienti animo sufferte, & Deo committete, quām maiores tumultus & temores excitate, charitatem lædere, adversarii defēctus tevelare, & inimicis Ecclesiæ exultandi causam præbete.

Quinto: Nonne cū nuper ex mandato Pontificis, Viennæ fūisti arrestratus (quo Venetiis in mense Februario intellexi, certe ex corde, Deo teste, dolui, quod res eō pervenerint) non solum in tuo, sed etiam multorum aliorum male informatorum ore est, quod Jesuitæ propterea apud Suam Sanctitatem instituerint & saeculi iniquitas tanta est, ut hoc à quovis ita firmiter credatur & teneatur, & tamen nihil certius est, quam quod hoc non sit, & quod Sua Sanctitas & Congregatio Cardinalium causas tuas quare habuerint: quæ certe non ita difficulter divinari possunt, si consideretur, quomodo usque & usque, non attentis inhibitionibus Pontificis, cum tanta acerbitate & scandalo scribere, & de Justitia conqueri continuerint. Tibi autem gnotu esse nolo, quod non unus & alter ex PP. Jesuitæ libenter id viderit, & tibi non invideat, cum hoc mirum non sit, quandoquidem tua scripta & sermones ad illud non parum contribuant. Sed quod aliqui ex illis hæc contra te sollicitarint, & eum in fine Summum Pontificem implorarint, id ex certa scientia, quoniam desuper Romanæ habui, tibi affirmare possum, non esse. Mi Valeriane, scito, quod cū anno 1635, (quia in hoc novissimo itinere nihil ego ipse de te dixi Summo Pontifici, neque per alios vel verbum dici curavimus) Sua Sanctitatis commentarium tuum ostenderem, auribus meis audiri, quod te INOBEDIENTEM nominari: scito etiam, quod eodem anno in festo S. Francisci egotui S. Ordinis proximè præcedentem Generalem super tuo modo contra Patres Societatis procedendi lacrimari viderim, & quod præsentis anno in Cōventu Romano PP. Capucini Generalem tuum de te dicente audierim, his formalibus: *hunc virum a quindecim jam annis amplius regere non potuimus. Ecce quod hac vera sit, remitto me ad magnas personas illas ipsas, meamque conscientiam, quæ in similibus nunquam, Deo sit laus, falsitatis convicta est, hæc ad te humiliandum dicta sint, & aliis ex tuo S. Ordine servant adscendum, ne ex two particuli asti contra Jesuitas, causam universalem totius Ordinis faciant. Utique ordo Sanctus, & insituta sancta & laudabilia sunt, Utique habet Sanctos & infirmos, quorum defēctus interdum se produnt. Sed privati hominis cuiusdam gratia, utique non statim in arenam prouisire debet: Diversitas Regulatum & constitutionum, & disformis sive discolor habitus, ad disunionem animalium ad scopum eundem (qui est uno ore & corde servire illi, cui nihil gratus est, quam conservatio charitatis tendendi, nihil contribuere debet.*

Sexto: Valde mirum & nimis iniquum mihi videatur, quod R.T. ex mera suspicione, vel falsa relatione, nequid durius dicam, afferere voluerit, quasi rationes vel mo riva à me tum temporis desiderati discellas RR. PP. Capucinorum, & me ad te data literæ, per orbem & orbem (qua phrasis non illibenter uteris) volarent, cum hæc duo tamē paucissim à me communicata sint, & quidem iis, de quibus certus sum, quod nihil ab iis publicatum sit; & quantum ad diastationes attinet, eas nemo, quam solus D. N. in Iustius Apostolicus San Felicio Colonia vidit, & certo scio, quod nemini quicquam de iis confiterit, donec tu ipse eas in lucem edideris, quod ego autem nunquam prævidere potui, & adhuc multo minus fecissem: Quod vero diæ rationes (quas

Qq. 3 nemo

nemo, ut dictum est, nisi memoratus D. Nuntius, nunc p.m. vidit, & etiam à me, quod eas cuidam ex two Ordine, per quem postea ad manus tuas pervenire, communicari, sibi ignosci petivit ) evulgatae sint, hoc tibi, non autem mihi, neque Jesuitis, impuniti debet; optatem autem, ut cum tua mens erat, hoc & illud ex meis literis in publicum dandi, eas integras publicasles, & cum videam, licet tibi libenter parceret velim, tu tamen alii velis; bene ergo ut etiam æque actu, commoditate typi, quod in veritate alioquin, ad tibi parendum, non fecissem.

Septimo. Quia autem conservatio famæ meæ mihi æquæ chara est, ac tu tibi esse possit, nec mihi integrum sit, me tali modo apud posteros traduci, perinde ac si nescirem, quomodo Catholici, & qui dem viri tales, sancti ac mihi dilecti Religiosi, uti RR. PP. Capucini sunt, & à me habentur, tractari deberent, & quafi aliquam indecentiam contra ipsos apud me decrevissem; sic necessarium duxi, me hisce declarare, qualis mens mea fuerit, dicendo, me velle uti jure meo territoriali, catu quo cedere nolent. Dico igitur: 1. quod pura solummodo & ad nullum esse cunctum destinata fuerit communatio, ad eum citius inducendum D. Nuntium, quatenus me ex difficultatibus in terra parte nominatis eriperet; 2. quod ad summum, si resed usque pervenire debuisset, domum in qua habitabant, & à me iam empta, ipsisque ad inhabitandum ad tempus concessa erat, bono titulo pro me vindicare potuisse, & cum illi aliam non haberent, nec sine mea permissione aliam in oppido habere potuisse, ed citius se ad discessum disponerent: Sed tamen mihi nunquam in mentem venit, ejusmodi procedendi modum contrarios accipere, sed potius patre solveram, licet etiam, præsertim apud Acatolicos durum videri potuisse, quod Princeps ad Catholicam fidem noviter convertitus, contra Religiosos & quidem tali modo, & conditione a se suscepitos (qui tamen non aliter, quam per illum, ibi habitare poterant, ab illo sustentari debebant) ad effectum, quem ex gravi causa desideraret, venire non posset, sed cum illis Romæ coram Congregatione de propaganda fide, cui circumstantie hujus exigui districtus latius innotescere non possunt, adhuc diu litigare & cerrate deberet. 3. candidè factor, quod rationes & motiva illa cum temporis, (cum non sine aliquo fervore in hoc puncto ageretur) illi, quia ea Latine concepit ad communicandum lege dicto D. Nuntio Apostolico San Felicio paulo durius in calamum venerint, non tamen ex intentione, per hoc PP. Capucinos gravandi: 4. Præsuppolui, quod hæc tantum pro informatione D. Nuncii servire, & nullatenus divulgi debent, quod tamen postea per nullum alium, quam per tuam editionem factum est: 5. Legantur autem animo impartiali, & audiatur mea explicatio, tum non appaebant tam data, sicut tu ea interpretaris, eaque exagerare, & teneti vis: nam, vei gratia, allegas, ad excitandam eo maiorem invidiam, quasi in illis rationibus seu motivis Capucini, hypocrisis Acatolicos scandalizantis insinuati essent: hæc autem nullo modo intentio fuit, sed cum P. quidem Capucinus, quem nominare possum, P. Rolandal diceret, quod congrue admodum fieri posset, ut uterque Ordo hic maneret, Patres enim Societ. per doctrinam, se autem per sanctitatem vita predicare sive concionari posse. Ego in meis rationibus dixi, tales sermones apud Acatolicos non habere edificationem,

ut quid ad hoc vel illud genus austerioris parvus spicerent, & mihi etiam aliquo modo dolor videtur, quod, licet Ordo Societatis externam quidem steritatem, non ut Capucini proficerent, tandem propterea dici deberet, ipsos non æque ac alios, consuetudinare concionari posse.

Ottavo. Certe patrum me ædificavit, quod tu nullus plane locus reconciliationi cum PP. Sociis tuis relinqueret, te nunc etiam cum aduersis illorum, qui propter Novatores in Gallia & Belgio, post etiam cum diversis aliis, contra ipsos intercessione, cunjungere velis: de quibus multa, si otium & quietus esset, dici possent, quandoquidem multa aliquid haecce constat, præcipue cum quidam Catholicis Gallia & aliunde, viri de cetero pii & eruditissimi, boni mei amici, & noti, ad tuam partem contra PP. Jesuitas me trahere vel maxime laboravunt, ita & tamen que partis scripta legerem. Sed ut paucis multis, in primis miror, quomodo tibi, tanquam viro eruditissimum primum in mentem venerit, in hoc etiam pater Jesuitas aggredi, cum tamen jam multa ab his annis non solum illorum, sed etiam aliorum Ordinum Caluitas legers, & quidem etiam inter illorum non minus doctrina quam vita fanfaronis, & qui longe antequam Jesuita invenient, similia, quæ nunc in ipsi's cœbula aliquo, qui ex multis alioz causis contra illas multe habet) tantopere carpi & exaggerari volunt, in suis libris expresse habeant, & publicè docent. De cetero nolo patrocinari laxi alteri Calvini, & adhuc multò minus Jesuitæ illi, qui in hoc opere terminos vadit: Sed si quis etiam illorum responsa aut replicas animo impartiali consideret, hinc aliter res habet, quam quomodo contra ipsos duci & exaggerari velit.

Nono. Quando ego certe non alio, quam optimo fine intendi, tibi tollere conceptum tuum, quod Jesuitæ soli non essent, qui te pro tua opinione, non nisi quanti vis, existimant, & tuos defectum, id quod ego etiam id ab illis viris præcipuis itaque Religiosis intellexerim, quibus tanta humilitates etiam nota sunt, & qui tibi etenim compunctione, tunc tibi plane quasi in furorem erupisti, & in deteriore partem omnia interpretatus, nihil quam convicta spirasti, illos etiam appellando noluisse spectatissimos, & quod doctrinam mentiantur (para autem Jesuitas.) Dicam ergo pro veritate, quod unus illorum fuerit vir primarius, doctus, & maturus, Ordinis S. Benedicti, qui ad aliquem, multo similiter notum, virum præcipuum, & doctum P. Dominicanum anno 1652. scripsit: P. Valerianus male egit causam nostram Reinfalsa; a hoc mihi non Jesuitæ dixerunt, sed oculi mei ipsius videntur, & aures audierunt, quod P. Dominicus diceret. Ab. bonus ille P. Valerianus sibi nimium adserbit, & novi ipsum, quod affectibus suis plus sati indulget. Nec minus alius longius, mihi notus, & qui pater, quæ doctrina longè celebreretur P. Franciscanus Stratforius Observans, mihi quadam vice dicto, quod in aliquo ex libris tuis, quem legerat, nimis magna præsumptione eluceret. Quidam P. Minimus Conventionalis tua nationis, sicut & Augustinus, qui posterior vir conspicuus, & magno loco in Ordine suo, mihi semel dixerunt, te non esse dominum affectuum tuorum, & præsumptionem esse maiorem scientiam, primamque tuam aversionem contra Jesuitas ex eo provenire, quod crederes quod tempore Urbani Octavi, & proxime defunctorum.

giosos, ex privato tuo in eos affectu & passione, scriptis & evulgatis suis libellis, per totum mundum pro haereticis & atheis proclamare vis? Et ad quid aliud quæso hoc, quam ad Catholicorum (quarum in orationibus illis magis, quam altos Religiosos oderant) gaudium, & eo ipso multarum animarum indutio- nem servire potest? Meo autem aliorumque judicio immoderatos affectus tuos evidentes, quam ahe- rum & hereticis Societatis probasti. Quavis leuisitatem multis habent adversarios, qui ipsos hujus & alius defectus aguant, tamen pro haereticis a nullo Catho- lico & impartialiter habentur, licet etiam ulque ad crip- tum clamares.

Duo decim. At forte R. T. vel quis alius dicere, sed D. Landgravie Ernesto; magnus est zelus vester pro lesuitis, cum in ceteris omnia ad Dei gloriam tam pie referris? novis tamen etiam bene lesuas? Scilicet eriam, quam in omnibus penitentibus Catholicis Christianitatis, odiosissimis, & quod in comparatione eorum, qui ipsis additi sunt, plures adversarios & inimicos, quam amicos habent? Ita bene scio, & extotto corde doleo, & postquam in simili bus satatis curiosus fui, & negotiorum illud licetutus sum, etiam multa audiui, & ea, que contra ipsis in lucem extierunt, legi; inventio primum fontem invidiam, que ipsis, ut primum Societas paululum crescere coepit, aggressa est; Seduti ante dixi, ita & adhuc dico, quod siue So-

Se utrumque sit, ita et admodum, quod neque societas adhuc in hominibus, ex hominibus, & non ex Angelis constat, sic etiam omnium actiones a culpa eximere, in me non sufficiunt, & certus sum quod ipsi metu de leta tentant: At hoc etiam dicere possum & sapientissime expertus sum, quod te bene infestet a falso

*Ecce tuum dilemma.*

## Conclusio.

Sed tandem ego non minus scribendo, quam tu, & alii, forte legendo defessi sunt: certe eo etiam libenter supercedissem, nisi ad succurrentum veritatem innocenter oppressa, ad salvandam bonam nominiis mei existimationem, & dandum tibi occasionem, tandem aliquando omnia melius perpendendi, ex Christiana charitate impulsus fusem; Deum item testor, (magis nihil dici potest:) 1. quod haec ipsemet spatio trium aut quatuor dierum ex tempore Germanice conceperim: 2. quod uti jam in initio dictum est, Hermannus Beernklavy à servitissime ea descripserit & in Latinum translulerit: 3. quod nec leuita, nec ullus mortalium, dicit aut indirecit, me ad illud adduxerit, vel minimum contubuerit: 4. quod nemo leuitarum priu[er]quam impressum fuerit, viderit: 5. quod nihil scripserim, animo me contrae vindicandi, non attento quod me, comparando, cum impio Semei, qui Davidi inoncenter persecuto, in gratia maledicetur, & ita publicato libello tuo, oneravensis: 6. quod nihil pono, quod pro vero non credam. Amo quidem PP. Societatis, sicut & omnes alios Religiosos, sed tamen, Deo fit laus, hoc non ulterius, quam ad aras aequitatis extenditur, & te affectare possum, si in simili casu Jesuita id tibi fecissent, & te comportassent contrarie, utitudo, idem prote contra prius facerem: Magni estimo Societatem, sed e contra bene considero, quod homines sint, & fieri tam lapsi obnoxii. Non inficior, quin hinc inde unus aut alter ex illis quandoque quid faciat, quod non semper probandum sit. Si etiam quidam illorum viam perfectionis alii praedicent, & ipsi sim in hoc vel illo passa, illam minus lequantur, deploro humanam, quae ubique se monstrat infirmitatem. Deum laudo, quod aliter non sim constitutus, quam quidam lib. Num. c. 24. dicere debebat, & si mihi etiam totam domum argento & auro plenam daret, attamen aliter loqui non possem, quod quod iustum & equum judico: Et quia planè ex scientia & in conscientia convictus sum, quod P. Rolendal p.m. & leuita in hoc negotio sint innocentes, & tu te sine necessitate & modo hinc concentrationibus immergeris, ideo ob hanc & nullam aliam causam, aliter, quam nunc facio, facere nequeo. O quantum ex corde latet, cum video Religiosos sese invicem sincerè amare & recommendare! Ego qui jam per Europam fatus hinc inde itineratus sum, in diversis PP. Societatis Ecclesiis & Collegiis inventi imaginem S. Francisci Seraphici, sed nullibi nisi in unica PP. Franciscorum strictioris observantiae Ecclesia, quæ est in Tusciano proprie Romam, vulgo Freccati, vidi imaginem S. Ignatii. O quam mihi gratus visu, quamque fortunatus dicendus Religiosus ille, qui in humilitate, soliditudine, modestia, & in conformitate sui Ordinis instituti, optimâ in hoc mundo vita fruatur! O quam doleo vicem tuam, quod te illi immenso & inquietissimo mari, ubi te continuâ passiones tua jaçant, & tuam canitatem cum dolore in terram deducere intendit, commiseris. Necego, nec leuita te unquam (nisi in tua imaginatione, sinistra interpretatione, & ordinaria exaggeratione) tanquam hereticum aut stolidum traduxerunt: & licet (ut puto, quod pro calunnia haberi non possit) quod Societas Capucinorum ad minimum hic in Germania, quo ad doctrinam aliquo modo antecedat, attamen non ob id Capucini pro hominibus indœcis & inidoneis proclamantur.

Ego & non solum leuitæ, sed & alii omnib[us] conditionis, & certe diversi in negotio bene infirmatae personæ tenent, te melius facile, si ab illa assertione & formalibus, quod primatus Romanus Pontificis ex sacro textu (vel solo) probari non posset, apud Lutheranum istum Doctorem Haberlinum, ipsiusque socios, abstinuisse; nam non ignoramus & a ea disputationis probant, quomodo Heresies vel minimum verbum, quod illis conceditur, profecta conuentudine in continentia accepimus: Ego & alii non dicimus, quod malam intentionem, ab illo habueris, quo autem minus advertatis ad illud modum janua aperitur, eò melius est. Ego & illi dicimus, præclaræ esse, quæ habes, dona; & ego (cuius anima ut alter non iicio, impartialis es, & ad equitatem reclinat) non intermitto R. T. in omnibus illis, in quibus fieri potest, laudare. Sed tamen paramus, quæ non accedere ad ea, qua tu tibi imaginaris, quod nimis probes & monstres quod consummator afferat & tu tuorum, te minimum existimat, & te plus latius prostitutas: ne tamen proprie tu statim nomines & tenaces pro nebulous felicitatis, ut pag. 73. similiter qualificas. Huiusmodi sunt illi ipsi tui defectus, seu ut dolens loquitur, manus infirmates, scilicet nimis immoderatas, quod prodis, passionis, f. stus, & inobedientia, quæ tibi cum discretione ob oculos ponuntur, quæ si leuita ita & in tali occasione p[ro]fessu[er]it, non dubitas, quin jam dudum ex Societe dimisisti; & necessarium non est propterea nova crux fingere. Si credas te jus tam claram, & causas ab aliis prægnantes habuisse leuitas accusandi, Romanus oportuisset, forte etiam ibi expetrus fuisse, quod certe quidem ibi non desint, qui ipsi non optime sunt, causa tua tamen ad eum quo procedas, modum uti nec alibi, ita nec ibi ullum successum habuisse creditur. Unus ille ex leuita (de quo pag. 74. & te mentio fit, & si ille sit, quem puto, vir est illi un præclarus à doctrina & pietate, & ita à vanitate mundanis abstractus, ut optem, omnistile virus, ut ille est, in statu, ubi nunc se videt, semper fidei & in futurum esse, non est dubium, quoniam in mundo, in multis, alii & melius est, tamen faciunt tibi non male suauit, tibi que forte plurimum fidelitatis praestitit, denuntiationem & detestationem contra leuitas tibi diffundat. Te supra honestum meum assecuro, quod d[icit] quidam, licet alii leuitis melè velint, tamen etiam te in hoc palu rideant. Si Ego dicere, & tulcire auderes, qualiter quandoque homines præcipui, eo ipso die, in certo loco ubi tibi & egos simul eramus, planè aliter mihi & tibi de re mea contra leuitas locuti sint! ille est modernus mundi leuitus, quem ego non intelligo, nec sequi cupio: homines inquam, qui sapientissime veritatem non exprimendo, neminem ostenderunt volunt, & fortassis interdum ob certas circumstantias, vel respectus, quæ Religiosum quandam ac Principem reformatum. Mihi Valeriane, crede mihi (tu scis enim, & ipse feris dictum, quia veritatem amo) quod interdum intelligenter debuerim, bonos PP. Capucinos aliquando apud nos & præcipios cum hoc responso recessisse, licet se libenter videre, ut hic manerent, & quod fatigante modè hoc fieri posset: quod Ego sine dubio ab illorum (nempe leuitarum) impulsum, illorum dictum desiderarem, cum tamen id mihi ne honosserem, nec uile esset. Uno verbo, bonis istis PP. Capucinis omnia illa dicebantur, quæ ipsissima auctoritate putarentur, & tamen erant homines illi tales, qui

P. S.

**P**osquam jam unum exemplar P. Valeriano transmissum est, intelligitur à Melchioro Buchnero Turingo, Cancelaria Registratore, nuper ad Fidem Catholicam cum adiunctione converso; quod Rector Lutherani Gymnasi Geriensis in Voitlandia sit auctor libelli qui sub nomine, Iocofe Severi Medi prodiit.

**E**xemplar Epistola Responsoria ad fratrem Fortunatum ex Italico in Latinum translate verbo tenus; Rheinfelt. 30. Sept. 1661.

Charissime in Christo Frater  
Fortunate.

**E**t si non desint cause, quas ipse met potes cogitando assequi, omitendi respontorias ad epistolam, quam dedisti ad me Vienna N. hujus; nihilominus non solum ex ea propensione animi, quæ semper erga referor, verum etiam ex charitate Christiana, & studio cuique gratificandi, significo hisce meis, me abhinc octo diebus accepisse tuas litteras, & qua gratulatione tuam valetudinem, eo intellexisse meiora mortem R. P. Valerianum, in eo precipue statu, in quo se se collocauerat. Dicis, arbitrisque rem esse, quam haec tenus nesciverim, quis primus aucto rhujus similitatis deploranda inter P. Valerianum, & Jesuitas fuerit, fuisse R. P. Generalem, qui ut primum audivit, me, meaque conjugem à P. Valeriano convertois ad fidem Catholicam, scriperat severas litteras non sine exacerbatione animi (hac enim sunt tuamet verba) suis Patribus, exprobrans, permisit illos converti Principem à Capucinis, & jubens omnimodi eodem deducere, ut derogetur ea laus Capucinis, & cedat Jesuitis, idque ait fuisse narratum ab homine, qui pluribus annis vixit Jesuita, ac deinde descivit ab illo Ordine, illasque litteras P. Generalis fuisse lectas palam in omnibus Collegiis. Ad quod tibi Charissime Fr. Fortunate respondeo, me quidem id rescire non potuisse, cum accidentit nunquam teque per Christi amorem oro, ut pro certo habeas, merum illud esse, impudensque mendacium & ejusmodi, quod nulla sui parte sit verisimile, ac R. P. Generalem Jesuitarum tam esse innocentem ea in re, quam est infans, qui hodie nascitur; quod si verum sit, al' quem, qui' Societate Jesu exercit (quod genus hominum non solet esse ex probatissimis) dixisse, & persualisse id P. Valeriano, ego verò tam illum mendacem architectum calumniarum reprehendo, quam compatriotum credulo Valeriano. Age nominetur vel unicum Collegium, de quo probetur, (& in quo vel unum hominem supervivat) quod si potueris nominare, viceris; Optimè novi egomer R. P. Generalem Societatis, virum esse omnino exemplum ab ejusmodi rebus; proinde eas, licet, & narres fabulas Idiotis, iisque, qui perturbationibus aguntur animorum suorum, vacuistimere Dei & hujus negotiū rudibus.

Cæterum ex una quidem parte laudo sanctum  
animi

Admodum Reverenda Paternitati tuae  
ex corde addictus

ERNESTUS, HASSIAE  
Landgravius.

animi tui sensum, quod credideris id temporis, quo  
Dux Neoburgicus mihi adfuit, id est, anno 1651. tanta  
fuerit animorum coniunctio R. P. Valerian  
& Patribus societatis ejusdem Duclis; verum ex parte altera, cum veritus populus errorem sibi eximi, assevero tibi, jam tunc P. Valerianum mihi solitum loqui tam accerberem de Jesuitis quam poterat, & inter alia atrocias, hoc diserte afferuisse; Certum est, inquit, Jesuitas infectos esse heresi: quando etiam pro viribus horribus, caverem mihi a technis eorum. Atque ut exactius intelligas, verissimum esse, quod indejam a longo tempore P. Valerianus exulcerato fuerit animo contra Jesuitas, breviter narrabo, id, quod tunc hic accedit, quodquoniam ego solum, & mea conjux, sed alii amplius videnti tunc in mensa praesentes testari possunt, neque enim memini, an tu ipse ex tuo cubiculo in aulam descendenter necne.

Recordaberis igitur, cur P. Valerianus tecum descendenter navigio Coloniam, ut sibi adsciceret ibi duos socios ad colloquium instituendum cum Doctore Haberkorn Lutherano, ejusque duobus sociis ad me advenientis in Rheda mea; Cum ecce subita aquarum eluvio intervenit, ejusmodi, ut nullatenus potuerit P. Valerianus cum sociis Colonia reverti secus Rhenum, & desperaverit ego penitus, cum nec veredari quidem commeare possent, nec esset commercium litterarum; Interea habebam dominime tres illos Doctores Lutheranos qui cum non reperirent P. Valerianum, meditabantur illico reditum triumphabundi, quod non comparuissem die, & loco constituto sui provocatores; quibus cum demonstrarem inopinatam inundationem aqua, & quod nulla Colonia acciperentur litterae, illi persistere omnibus modis in proposito redeundi, specie multarum actionum vel occupationum, in concionibus & celebrando Natali Domini. Hic quid facerem, exoravi ut remanerent triduo solo, atque interea, ne dimitterem eos, quin minimum vidisse aliquem Catholicum Theologum, cum ejusmodi nullus vicinior esset idoneus, nisi Cursum expressum, qui citato equo per montes se conferret Moguntiam ad R.P. Rectorem Jesuitarum mihi aliter ignotum; fecique illum certiorem, quo in statu versarer, precatus, ut quam oculissime duosad me in controversia apprime versatos Patres mitteret, atque inter illos cum præcipue si forte is ad esset, qui solidè nuper refutaverat in Moguntinis animadversionibus doctissimum Calvinistam Crocium. P.Rector eodem tempore puncto, quo litteras accepiterat, ablegat ad me duos Patres Melchiorem Cornuum & Henricum Meutzum, quorum prior is planè erat, quem operaveram; tametsi alter mihi incognitus. Hi antequam advenirent, media solummodo horula citius adebat P. Valerianus rheda Coelensis Electoris aduentus, itinere, ut nosti, per montes Westerwaldios prorsus nobis inexpectatus; protinus cum ascendisset suum in conclave, dixi illi, quid ipsius adventu desperato, fecerim; Et ecce inter dicendum præ signum exturi dat, adventantium Patrum; aderat tunc mea Conjur & Vice-colonellus Guibenshausen, aliquis & ut opinor tu ipse (nisi forte recuperis in aliud conclave). Simul ac P. Valeriano hæc dixisse, ita exarsit ita, ut itando huc illucque fremens ore, pedibus, manibus, undique perstrepens eruperit in hac suam verbis: Domine Princeps, ajo, quod subito & hoc ipso momento debebas curare abitum illorum hominum, & quod nescias modum, teregendi, & cum ejusmodi personis, qualis ego

sum, agendi; contestor, quod non debant facere, & nec pedem quidem hanc in domum inferre, nam hi homines gloriantur, te ab iis esse converti, idque per omnes scholas suas divulgabunt. Haec ille; denique fateor, me cum famulo meo fabri, non posse loqui imperiosus. Respondi tamen ei placidissime, me ipsummet prudenter permittente ut judicaret, num in tali casu, potuerim aliud facere; addidi, non posse mihi quaderi hoc jam in ista & præterim in conspectu hereticorum, ut sic etarem hos duos Patres Jesuitas, quosego memcassem, pluvio isto semper incommode tempore, appromisi illi autem, fore, ut non se immisceantur loquio ipsius, & curarum me ut cum patitur, quae erat dies Dominica quievissent, illos remitterem; et si autem P. Valerianus nullatenus acquiesceret, non potui tamen adduci ad illam tantam iniquitatem perpetrandam, qua ipsi P. Valeriano fore maximo dedecori. Dedi igitur signum Praefatio aula, ut eos acciperet, & introduceret ad cubiculum, ubi cum eos salutasse, simul ac intellectus, advenisse P. Valerianum, proposuerunt reverendissim diluculo sequentis diei; verum cum oportet rem non convenire, ut die Dominica redire, quae præsentem Hæretici sentire, non efficiendum iter sine necessitate, quibus eares forentur, ampli, tum oportere ut quicquid uno die, galrunt mihi morem eo dieremando, ne calamus quam prensaverunt, summa cum modello, vel verbo contra protulit.

Ergo die Dominicæ, cum adhibuisse mente Lutheranos tres Doctores, vocavi etiam hos Panes, ut una pranderent; incepique discursum super præcepto Extremæ Unctionis apud S. Jacobum, quem possent Lutherani admittere, & protectione salvis suis principiis, ut opere tam expresse illucinem etiam, nata est hinc disputatio perinde curiosa, ut pro Catholicis victoria inter P. Cornuum Julianum & Doctorem Haberkorn, sed quo exiit, astant hemines amplius. inter quos duo alii Catholicæ Theologi, mea Conjux, multique alii, inter ceteros, vester etiam aderat Secretarius Iacobi, dovicus Stirner Oenipontanus, qui postquam audierat tam utilem, quam alioquin tam placidam conversationem, subduxit feliciter, & procul dubio monuit ea de re P. Valerianum. Jam advertebam, successum rei; etenim bonus hic fex, & afflatus podagra descendens est cubiculo suo, circiter gibibus centenis, & cum alioqui, ut nos, prandere nunquam, neque fuisse vocatus, ingrediuntur in Aulam, ea maiestate, quæ porci referat Prætem, quam Religiofum S. Francisci Ordinis. Collocat sese in capite mensæ, juxtam eam coniuges, & cum aliquantulum attendit, colloquens Jesuita & Lutherano, subito effervescentia: Jesuita, inquit, non eo modo, quo oportuit, disputavit contra Lutheranum, sed melius Lutheranus Doctor Haberkorn progressus est: Dici non potest, sed nec sine horro cogitari, quanto scandalo id habuit, & quantæ voluntati hereticis, quicunque frequentiores, quam Catholici, tum Doctor Haberkornius ad me; Vider, inquit, jam vestra Celum, quam Jesuita & Capucini ipsi sibi contrarent, & tametsi Jesuita, contra omnem expectationem, hæc lacessitus nullo contra reposuit verbo, quod nolle date causam hereticis ullam exultandi. Sed respondi ego Doctori Haberkonio, his verbis: Domine, deo equidem immoderatos affectus P. Valerianus, sed quod à Jesuita responsum est, idem egomet leni-

videlicet, eo in statu turbulentio, jussi tolli mensam, & anguli seceperit in conclavia.

Denceps die Luna abierrunt Jesuitæ, & institutus colloquium inter P. Valerianum, & Doctorem Barthicornem, quod paucis duravit horis, & fucellina fructu, cu n non possit Deus huic agendi probabilius cedere: ille sanè, quibus postea, data occasione hæc narravi, omnes mirati sunt, me meamur conagem non potuisse scandalizari, & alienari a me: Quod reliquum est, tu ipse p̄ræceteris satis erupis, & quo bonus Pater non fuerit ira sue compas, & quo saepe modo egerit cum iis, quos habet utrumque subditos, non sanè juxta modum à S. Francisco prescriptum. Opto illi ut quemadmodum dicatur, obierit in inferno Angeli: sed profectò, neque angeli, neque ii Religiosi, qui affectus suis do-minabund, ita gerunt se in simili occasione, sicut felix gellii P. Valerianus: Illa grandis præsumpta de ipso, plane erat maximis quibusque illius antitolerabilis. Memini mihi illum dixisse Prae-anno 1631. Illustrissime Princeps, debes scire, ne per meam Theologiam redditurum esse attoni-tum mundum, nemine excepto; & cum advenies si meo vultu, id mihi minus probari, re-pente indignans, nec Aristotelem, nec Jesuitas omnes, & quorum sunt in orbe docti, eam te sibi parere. Et ecce charissime Fr. Fortunate, hæc erga omnium aliorum prima fuit causa simultatis inter se & Jesuitas, malevolentia que illius erga stuprum maximæ, & videlicet, quod non aequem trahere adoraretur, prout sibi videbatur mere-ri, & ex hoc fonte postea omnis illa paulatim evanesceritas. Cæterum cures licet ut meus libelus Latinus quidem nescias, tibi fideliter expli-care, quem illi scripsi, etiamnum superstiti, & inve-nientem in modum revera res omnis gesta sit.

Fatimas, & memones, esse Deum justum Ju-dicem, qui non in speciem judicet, opprimi autem non hoc in negotio a potentioribus, id quod apud Deum nullum muletur. Respondeo terecetè illud bene, sed non rectè applicare. Nam illi justissimo Judicis revera nihil potest abscondi, non potuit potest agendi modus contra innocentes, & potest nullum caluniam a oppressis Jesuitas; neque erga cum veritate (quod certissimum dico) potest refutari mens libellus, quem dedi equidem in item publicam, non aliam ob causam, quam ne ini-niciem veluti sine rem captivam, vincitâ catenis, & opprescam ab injustitia & calunnia, sic mea mihi conscientia. Profecit non licet Deo illud, necis acquiescit, si quis ab ipiatur perturbabundus animi informationibus sinistris, suspicioni-bus, exaggerationibus, multoque minùs tortente maledicorum contra Ordinem aliquem, aut hominem. Summopere exopto vestro P. Valeriano, in vita & morte, revera sincere que doluerit, eo modo tuberis libris impressis, etiam coram hæreticis, tan ecclæsa Dei uiles operarios, & Religiosos vi-tos Jesuitas pro atheistis hæreticis, & hominibus inimicis execrandis; an tu hoc parvi aëstimes? & quia nihil dolor est medullitus, quod denique cum summa mea tristitia cogar videre, quam sit vnum boni exempli, quod aliqui in Ordine tam tam religioso, tam mihi charo, pretiosoque, tam habeant & fervorem defendendi id, quod ceteris debere improbare, cum interim, neque informatis sint, neque velint ad merita causæ ostendere.

Quoniam bonum, quis Jesuitarum, quo in loco, quo

tempore, & præcipue ante hæc scripta virulenta verstri P. Valerianus, & D. Bonaventura Rutheni dixit unquam esse hæreticum, stolidum, infamem, & denique ejusmodi qualiter se ab illis habeti prætexuit? Ille aliisque Jesuita malevoli, hoc ipsimet exco-gitarunt, ed solum ut prædictos Patres onerarent, cum aliud sit utique quempiam, & ne quidem nomindando taxare aliquatenus in aliqua sententia aucto modo loquendi, aliud autem cum injuriis afficeret. Prius illud quotidie, vel maxime Catholicorum Theologis evenit; alterum istud non decet hominem Christianum nedum Religiosum. Addo, aliud multo esse si non tanti æstimes quanti valet, neque approbat possit omnia ejus placita, con patiarisque infirmitatibus illius: aliud vero convitari, & pessime denigrare. De priore illo neque vellem fidejubere pro omnibus Jesuitis, sed de posteriore spondeo. Nonnulli abeuntur applausu multitudo ms, que invideat Societati. Ego vero exstimo in spatio 10. annorum, quibus Dei auxilio sum Catholicus, audiendo & legendō percepisse maxima quæque mala, que excogitata sunt, vel edita contra prædictos Patres, sed demum reperi omnes eorum inimicos, aut hæreticos (quod nis honori esse debet inter nos) aut certe Catholicos male informatos, præoccupatos, invidiosos, vel ex Religiosis, licentiosos, ac libertinos, vel denique particulares quosdam, qui suas proprias ob causas iis sunt offendit.

Persuade sis tibi meum libellum, si ut scriptus est à me coram Deo, & perinde ac si eodem momento mihi discedendum foret ex hac vita ad judicium se-verissimum. Judicis justi fuisse (divinæ majestatis be-neficio) acceperum gratumque, non solum suæ sanctitati Pontifici maximo, & Eminentissimis DD. Cardinalibus, verum etiam sua Cæsareæ Majestati, multisque aliis pīs juxta ac cordatis viris, qui omnes ut & ipse vester P. Generalis testati sunt cum modestia & ingenuè esse conscriptum.

Obsecro te mi Fr. Fortunate, ne te ingeras huic negotio, esto felicior in tua pietatis exercitiis, & quibus referes laudem fructumque ne te decipit zelo quodam, sed non secundum scientiam pro ea causa, pro qua non oporteat zelare, & dissuades P. Valeriani Secreterio, id est, P. Ludovico de Salice, ne velit instrumentum esse ad continuandam altercationem tam funestam, & pravi exempli quod non postea posset luere. Nam quid tandem arbitraris, nisi eo tempore ipso, mors P. Valeriani intervenis-set, quam moleste fuisset latrus se abduci Romam, ubi certissimum est eum non potuisse obtinere causam, nec sperare redditum iucundum, nimisrum quanto fuerimus demissiores, & magis addicti verae pietati, alienique ab aliis judicandis, & nobismet intricandis in res quas sciliciter, & cum decoro non possumus finire, tanto erimus, inquam, quietiores. Atque ut finem faciam, testor mihi dolere intimè, & expectore, quod amicitia cum bono P. Valeriano inita, tam deinde deplorandum sit sortita exitum. Sed quid dicam, faciamve; P. Valerianus, qui hunc agendi modum potuisse omisisse, ipse est causa, nequam ego, nec Jesuitæ. Commando te divinæ protectioni, meque sanctis tuis orationibus: Scripti autem hæc omnia in conspectu Omnipotentis, & juxta dictamen conscientiae meæ, quam alioqui pro omnibus mundi divitiis nollem gravare.